

4  
X. Deinde modo magis positivo declaratur quale sit illud intelligentiae augmentum quod tamen neque dogma neque sensum neque sententiam mutat.

Iam vero idem prorsus obiectum attingi potest tum actu directo tum actu reflexo; et ipse actus reflexus auctam intelligentiam includere potest; quibus duobus coniunctis fit ut (1) idem maneat obiectum et (2) intelligentia augeatur. Idem manet obiectum, quia per ~~idem~~ eundem actum directum attingitur, et sicut reflexio actum directum non mutat, ita etiam obiectum actus directi non mutat. Intelligentia vero ~~augetur~~ augetur, quod tamen augmentum ad ordinem reflexum pertinet et ad obiectum actus directi mediate terminatur. Quod exemplo illustratur:

Ex sacra scriptura diligenter scrutata actibus directis agnoscimus (1) unicum esse Deum, (2) Patrem esse Deum, (3) Patrem non esse Filium, (4) Filium esse Deum. Quod ~~si~~ sane ad reflectionem nos movet: nam ex quattuor his veritatibus quaslibet tres sibi cohaerere posse constat; sed si omnes quattuor simul sumuntur, contradictionem ~~app~~ apertam continere videntur. Nam ex 1, 2, 3, concluditur Filium non esse Deum; ex 1, 2, 4, concluditur Patrem esse Filium; ex 1, 3, 4, Patrem non esse Deum; concluditur <sup>et</sup> ex 2, 3, 4, concluditur duos esse Deos; quae omnes conclusiones sunt haereticae.

Illustravimus ergo actum directum, et quidem actus directos quattuor; illustravimus insuper reflectionem quae ipsum obiectum actus directi respicit; sed ad augmentum intelligentiae minime adhuc pervenimus, si quidem aperta contradictio maximam generat perplexitatem.

~~Sed ipsa haec perplexitas~~ <sup>quae</sup> ~~est~~ <sup>ex</sup> ~~reflectione logica~~ <sup>est</sup> ~~ipsa~~